



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quas impietatis suae poenas dederit, tum Iulianus Imperatoris auunculus,
tum impii item alij. Cap. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12704

THEODOR. HISTOR.

Quas impietatis suæ pœnas dederit, tum Iulianus Imperatoris auunculus, tum impij item aliij. CAP. XII.

Sed isti tyranni pro his impiis & insanis facinoribus nõ diu pòst pœnas perfoluerūt . Nam Iulianus confestim in grauem morbum delapsus, visceribus putredine exesis, interiit: atque stercus non amplius per partes illas corporis, per quas naturaliter egeri solet, emisit, sed sceleratū eius os, instrumentum blasphemix, partis illius ad stercus eijciendum natæ, locum obtinuit . Ferunt eius vxorem, mulierem ob fidei præstantiam egregie nobilitatam, hæc ad maritum dixisse: Debes merito, mi vir, Christum seruatore laude prædicare, quod tibi hac castigatione suam potentiam ostenderit. Nam quem oppugnasses plane te præterijisset, nisi consueta sua lenitate vsus, has plagas diuinitus tibi inflixisset . Miser igitur partim cõiugis oratione, partim cruciatu sibi imposito morbi causam perspicies, orat imperatorem, vt ecclesiam his quibus erat ablata, redderet . Sed neque ei hoc persuasit, & ipse extemplo migravit è vita . Felix autem de repente flagello etiam cœlitus impacto oppressus, sanguinem dies noctesq; ex ore fudit: quippe sanguis ex omnibus vndiq; corporis vt ita dicam vasis, quibus continebatur, ad eam partem confluit . Itaque vniuerso eius sanguine ad hunc modum exhausto, statim extinctus est, & æternæ morti traditus. Has quidem pœnas isti pro sua impietate dederunt.

De filio sacerdotis. CAP XIII.

Per id temporis, adolescens quidam, filius sacerdotis, in impia educatus religione, se in numerum piorum aggregauit . Nam mulier quædam illustris ob pietatem, & diaconatus munere dignata, matri huius adolescentis per familiaris, eum cum matrem aduentantē (adhuc quidem valde adolescēs erat) forte salutauit, magnopere est eū ad veram pietatem cohortata. Mortua verò matre, venit ad
eam